



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 190. Publica seditio Lutheranorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

stratum questus est, dein Augustani Sæc, XVII.  
 Episcopi auxilium implorabat: Aequæ A. C. 1605.  
 igitur petitioni annuens Otto Cardina-  
 lis ejusque Successor Marquardus ver-  
 bo & scripto missis etiam Legatis apud  
 Senatum de violata Pace Religiosa a-  
 gebant, demonstrantes, hisce attenta-  
 tis publicæ tranquillitatis jura, & Im-  
 perii pacta infringi, proin eos pænis  
 in perturbatores pacis statutis subjici.  
 Tandem in comitiis Imperii anno Incar-  
 nationis Dominicæ millesimo quin-  
 gentelesimo nonagesimo quarto post le-  
 gitime interpositam de ejusmodi inju-  
 riis querelam impetratum est Decretum,  
 vi cuius Senatus jubebatur, quantum  
 fieri possit, curare, ut Catholici in Re-  
 ligionis suæ ritibus tam privatis quam  
 publicis nullatenus turbarentur, sed  
 in plena libertate relinquerentur.

### §. CXC.

#### *Publica seditio Lutheranorum.*

Cæsareo huic mandato paruit tunc *Thuan. hist.*  
 quidem Magistratus, sed postquam *lib. 138.*  
*Crus. annal.*  
 Anno post Christum natum millesimo  
 sexcentesimo quinto Laniones (\*), Ephip-  
 piarii,

Yy 2

(\*) Cives id coram Cæsareis Delegatis Sena-  
 tui exprobabant anno 1607. 9 Novembris his  
 verbis: daß sie etliche Baurenknöpf vom Dorf  
 herein, in Rath genommen haben.

Sæc. XVII. piarii, aliique de infima plebe turbou-  
A. C. 1605. lenti homines in Senatum fuissent co-  
optati, horum importunitate, ac Mi-  
nistrorum instigationibus turbata ruinis  
est Catholicorum possessio; cum enim  
Abbas ad S. Crucem, qui non modo  
antiquo usu hucusque recepto sed etiam  
nupero Cæsaris mandato suffultus erat,  
citra ullius injuriam sacris vexillis ante  
supplicantium agmen explicatis e suo  
monasterio per oppidum, uti alias,  
longum supplicantium agmen eduxisset,  
Lutherani, quos Senatus obviam emi-  
ferat, disjecto vexilifero Abbatem, qui  
necquicquam vim & injuriam depreca-  
batur, ad Monasterium repellunt, ce-  
teris vero ulterius progredi parantibus  
viam intercludunt: Nec his contentos  
erat Senatus, sed insuperhabito Cæ-  
ris decreto inhibuit, ne in Catholicorum  
exequiis faces vel Stola Sacerdo-  
talis, vel alia ad SS. Sacramenti cul-  
tum adhibeantur, iis vero, qui Majo-  
rum more nuptias celebrarent, aut ad  
Romanam Ecclesiam redirent, jus civi-  
tatis eripuit, igni & aqua interdixit,  
in proscriptorum ædes Lutheranos in-  
troducedit, & demum Catholicos, ut  
cænam Lutheranam in Parochia sume-  
rent, liberosque suos Lutheranos Pre-  
coni ad Baptismum sisterent, vi com-  
pulit. Iniquiora hæc visa sunt Augu-  
stano

stano Antistiti, quam ut dissimulari pos- Sæc. XVII.  
sent aut deberent. Quapropter eodem A.C. 1605.  
hoc anno a Cæfare die vigesima quarta  
Octobris decretum obtinuit, vi cuius  
hi seditiosi in judicium vocati in poenas  
turbatæ tranquillitatis, pacisque Reli-  
giosæ incidisse declarabantur, addito  
mandato, ne aduersus Abbatem, aut  
Monasterium, aut Catholicos vi vel  
propria auctoritate quicquam attenta-  
rent, vel eis in sepulturis, supplicatio-  
nibus, aliisque Religionis suæ ritibus  
deinceps ullo pacto molesti essent. Quam  
proterve autem Lutherani hoc Cæfa-  
ris mandatum contempserint, anno se-  
quenti referemus.

### §. CXI.

#### *Conjuratio in Jacobum I. Angliæ Regem conflata ac conspiratio Pulveraria dicta.*

Hucusque redditam externam quam Contin. Sleid.  
domestica pace, turbulenti motus lib. 12.  
in Anglia sopiti, non tamen extinti e- Rapin hist.  
rant; cum enim non modo Catholici,  
sed etiam Puritani suam quisque Reli-  
gionem, qua carius nihil, aut contem-  
ptam aut depresso dolorent, victa ma-  
lis longanimitate tandem in rabiem ver-  
sa præcipue tredecim Juvenes genere,  
ac corporis forma, opibusque præstan-  
d' Angl. l. 18.

Yy 3

tes